Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

De eo qui percussorem suum de basilica conabatur extrahere. x
De contracto qui die dominica boves iunxit. xi
De Anagildo muto et surdo vel caeco. xii
De his qui Theoderici regis tempore basilicam irruperunt. xiii
De Sigiwaldo persuasore. xiiii
De pastoris malicia. xv
De contumacia Becconis. xvi
De diacono qui oves basilicae abstulit. xvii
De eo qui caballum in vigilia sancti furatus est. xviii
De eo qui xpt tieante periuravit. xix
De eo qui basilicam sanctam furtu spoliavit. xx
De eo qui caballum infestivum perdidit. xxi
De caeco illuminato. xxii
De pede Galli postmodum episcopi sanato. xxiii
De febre Petri et nepotis eius. xxiiii
De mei capitis dolore. xxv
De febricitante ad fontem sanato. xxvi
De tonitruo in basilica facto cum coruscatione. xxvii
De eo qui prae multitudine populi ad sepulchrum non valebat accedere. xxviii
De festivitate eius. xxviiii
De energuminis. xxx
De mansuetudine pecorum. xxxi
De reliquiis eius in Campania translatis. xxxii
Item de reliquiis eius in oriente exhibitis. xxxiii
Qualiter Turonis in basilica sint locatae. xxxiiii
Quod vinum nocte accrevit. xxxv
De contracto in eodem loco sanato. xxxvi
De caeco illuminato. xxxvii
De alio contracto. xxxviii
De periuriis. xxxix
De reliquiis eius quas Aridius presbyter sustulit. xl
De paralytico sanato. xli
De caeco illuminato. xlii
De cruce altaris furata. xliii
Qualiter expetita sunt eius pignora. xliiii
De puero ad ariolos ducto et alio per virtutem sancti sanato. xlv
De votis ad sepulchrum eius divinitus ostensis. xlvi
De muliere illuminata. xlvii
De reliquiis quas Nanni presbyter adtulit. xlviii
De eisdem reliquiis multis infirmis salvatis. xlix
De alio caeco illuminato. l
De alio caeco contracto et sanato. li

Incipit passio sancti Iuliani martyris. Cap. I.

MAGNUM nobis quoddam igniculum ad iustitiae suae adipiscenda sementivam pietas divina succendit cum dicit: Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum; ostendens quod qui iustitiam ex toto corde dilexerit, cum deprecatus fuerit audiatur a Domino. Utinam quisquis noster cum haec cantare coeperit, statim spretis mundi scandalis, neglectis concupiscentiis vanis, derelictisque sementis pravis, iustitiae viam expeditus et sine impedimento saecularium actionum conaretur apprehendere. Per hanc enim viam Abel iustus suscipitur, Enoch beatissimus assumitur, Noe reservatur, Abraham eligitur, et Ysaac benedicitur, Iacob dilatatur, tres pueri inter incendia torulenta vaticinantur, Daniel inter innocuas bestias pascitur. Per hanc viam apostoli diriguntur, martyres beati glorificantur. Et qualiter ingressi? Scilicet dum infirma curant, mortua suscitant, praesentia contempnunt, futura desiderant, tortores despiciunt, penas sentiunt, ad caelestia regna contendunt. Quod procul dubio in virtute propria non obtinent, nisi per viam iustitiae rectissime incedentes a Domino accipient. Sic et inclytus martyr Iulianus qui Viennensi ortus urbe, Arvernis datus est martyr: ab hoc igne succensus haec concupivit, ac mente tota desideravit. Qui cum esset apud beatissimum Ferreolum iam tunc martyrii odore flagrabat. Qui relictis diviciis ac propinquis tantum pro solius amore martyrii Arvernis advenit. Sed ne hoc sine divino mandato peregit, cum tempore persecutionis in Viennensi urbe ferveret. Legerat enim Dominum praedixisse: Si vos persecuti fuerint in ista civitate, fugite in aliam. Contulit ergo se hic in Arverno territorio non metu mortis, sed ut propria relinquens facilius perveniret ad palmam. Metuebat enim ne ei parentes essent obvii, si inter eos hoc certamen inisset, et perderet miles Christi coronam gloriae, si legitime non certasset. Igitur instante persecutione Brivatinsium vicum in quo fanatici erroris neniae colebantur advenit. Et cum insequi adversarios nutu Dei sensisset, a vidua quadam se occuli deprecatur. Quem ita tegentem illico martyrem deposcentes detexit. Qui suis insecutoribus ita infit: Nolo diutius commorari in hoc saeculo, quia sitio tota animi aviditate iam Christum. At illi educti vibranti dextera frameam deciso capite, membris ut ita dicam partibus gloriosis dividitur martyr. Nam caput Viennae defertur, artus Brivatensae reconduntur. Felix anima a Christo conditore suscipitur. Senes quoque qui sacrosanctum corpus mancipaverant sepulturae ita redintegrati sunt ut in senectute summa positi tamquam iuvenes haberentur. Caput quoque eius Ferreolus martyr accepit, completoque certamine tam illius membra quam istius caput in unius tumuli receptaculo collocantur. Quod nequaquam fortassis videatur